# MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

# PROPER of the MASS

## ST ANTHONY OF PADUA

June 13

Ecclesiasticus 15: 5 INTROIT

IN MEDIO ecclesiæ aperuit os ejus: et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ, et intellectus: stolam gloriæ induit eum. Ps. 91: 2. Bonum est confiteri Domino: et psallere nomini tuo, Altissime. Gloria Patri.

ECCLESIAM tuam, Deus, beati Antonii Confessoris tui atque Doctoris solemnitas votiva lætificet: ut spiritualibus semper muniatur auxiliis, et gaudiis perfrui mereatur æternis. Per Dominum.

II Timothy 4: 1-8

CARISSIME: Testificor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicaturus est vivos et mortuos, per adventum ipsius, et regnum ejus: prædica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, et doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac evangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim jam delibor, et tempus resolutionis meæ instat. Bonum cer-

In the midst of the Church the Lord opened his mouth; and filled him with the spirit of wisdom and understanding: He clothed him with a robe of glory. Ps. It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. Glory be to the Father.

### COLLECT

May the votive solemnity of blessed Anthony, Thy Confessor and Doctor, O God, give joy to Thy Church: that she may ever be defended by spiritual aid and become worthy of everlasting joys. Through our Lord.

#### **EPISTLE**

Dearly beloved, I charge thee, before God and Jesus Christ, Who shall judge the living and the dead, by His coming and His kingdom: preach the word: be instant in season, out of season: reprove, entreat, rebuke in all patience and doctrine. For there shall be a time when they will not endure sound doctrine, but according to their own desires they will heap to themselves teachers, having itching ears, and will indeed turn away from the truth, but will be turned into fables. But be thou vigilant, labour in all things, do the work of an evangelist, fulfil thy ministry. Be sober. For I am even now ready to be sacrificed. and

tamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, justus judex: non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt adventum ejus.

Psalm 36: 30-31

Os JUSTI meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquentur judicium. Lex Dei ejus in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus ejus.

Ecclus. 45: 1, 9

ALLELÚIA, allelúia. V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. Allelúia.

Matthew 5: 13-19

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potent civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Nolite putare, quoniam veni solvere legem, aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum et terra, iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit, et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

the time of my dissolution is at hand. I have fought the good fight, I have finished my course, I have kept the faith. As to the rest, there is laid up for me a crown of justice, which the Lord, the just Judge, will render to me in that day: and not only to me, but to them also that love His coming.

#### GRADUAL

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment. The law of His God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

#### ALLELUIA

Alleluia, alleluia. V. The Lord loved him and adorned him: He clothed him with a robe of glory. Alleluia.

#### **GOSPEL**

At that time, Jesus said to His disciples: You are the salt of the earth. But if the salt lose its savour, wherewith shall it be salted? It is good for nothing any more but to be cast out, and be trodden on by men. You are the light of the world. A city seated on a mountain cannot be hid. Neither do men light a candle and put it under a bushel but upon a candlestick, that it may shine to all that are before men that they may see your good works, and glorify your Father, Who is in heaven. Do not think that I am come to destroy the law or the prophets: I am not come to destroy, but to fulfil. For amen I say unto you, till heaven and earth pass, one jot or one tittle shall not pass of the law, till all be fulfilled. He therefore that shall break one of these least commandments, and so shall teach men, shall be called the least in the kingdom of heaven: but he that shall do and teach, he shall be called great in the kingdom of heaven.

JUSTUS ut palma florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur.

PRÆSENS oblátio fiat, Dómine, pópulo tuo salutáris: pro quo dignátus es Patri tuo te vivéntem hóstiam immoláre: Qui cum eódem Deo Patre, et Spíritu Sancto vivis et regnas.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cœli, cœlorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicen-

Luke 12:42

FIDELIS SERVUS et prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

DIVÍNIS, Dómine, munéribus satiáti: quæsumus; ut beáti Antónii Confessóris tui atque Doctóris méritis et intercessióne, salutáris sacrifícii sentiámus efféctum. Per Dominum.

#### Psalm 91: 13 OFFERTORY

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus.

#### SECRET

May the present offering, O Lord, be made salutary unto Thy people, for whom Thou didst vouchsafe to offer Thyself, a living victim, to the Father, Who, with the same God the Father and the Holy Spirit, livest and reignest.

#### COMMON PREFACE

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

### COMMUNION

The faithful and wise servant, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season.

#### POSTCOMMUNION

Filled with Thy divine gifts, O Lord, we beseech Thee, that, by the merits and intercession of blessed Anthony, Thy Confessor and Doctor, we may experience the effect of the sacrifice of salvation. Through our Lord.